citius commode potuerunt vendere, seu vendi facere, et pecuniam et pretium ex ipsis percipiendum possit et debeat per ipsas partes dividi et sortiri, et de ipso pretio et pecunia possint et debeant, predicti *Pasquinus* et sotii, percipere et habere tres partes de quinque partibus: et predicti *Mactheus* et sotii, reliquas duas partes de ipsis quinque partibus. Item quod predictae partes teneantur et debeant ponere et mictere de pretio et pecunia percipienda de huiusmodi covertis, ut dictum est, per eos vendendis, duos florenos auri de quolibet et pro quolibet paria ipsarum covertarum, que sic venderentur, ut dictum est, in quadam capsula duas claves habente: quarum clavum, unam teneat dictus *Pasquinus*, et aliam dictus *Mactheus*; et postea quando voluerint, saltem duobus vicibus in anno, dictam capsulam debeant et possint aperire et pecuniam que tunc ibi erit inventas dividere et sortiri, et de ipsa facere septem partes, quorum quattuor habeant et habere et percipere possint dictus *Pasquinus* et sotii, et velo quas tres partes predicti *Mactheus* et sotii. Item quod dictae partes, et quilibet dictarum partium, possit et eis liceat ire, et mictere ad vendendum et vendere, extra civitatem et comitatum Florentie, quecumque laboreria eorum artis voluerint, et inde facere quicquid voluerint, non obstantibus supradictis: dum tamen primo et ante omnia, faciant et observent inter se omnia suprascripta per eos premissa etc.

N.º 11.

1331 15 Novembre

Niccoluccio pittore figlio di Segna pittore prende a pigione dai frati della Casa di Misericordia una bottega per esercitarvi l'arte. (ARCHIVIO DI STATO IN SIENA. Registri della Casa di Misericordia, nº 12 a c. 49 t.)

In nomine Domini, Amen. Anno Domini Millesimo *cccxxxj* Indictione *xv*, die *iiij* mensis Novembris. Actum Senis coram Meo Bonaiuti et Guiduccio Raperii de Senis testibus presentibus et rogatis.

Nicolaus pictor olim *Segne* pictoris de Senis de populo... asserens se exercere et facere artem pictorum supra se, pro se ipso fecit, constituit se principalem debitorem et pagatorem fratri Compagno Adote sindaco et procuratori Domus sancte Marie de Misericordia pauperum civitatis Sen.; recipienti pro dicta domo, de octo flor: auri boni et recti ponderis etc. Quos eidem debet recipere, ut dictum est, pro pensione unius apothecae unius domus dicte Domus Misericordie, posite Senis in populo Sancti Donati et contrata de Camporegio, que est subtus palcone in quo habitat frater Nutus Rigoli: cui ante et retro est via, et ex alio latere est dominarum Margarite et Cionelle, et ex alio tenet a dicta domo Petrus sive Tura Benencase, et si qui etc. Quam apothecam conduxit a dicto fratre Compagno ad pensionem, locante pro dicta domo, de consensu domini fratris Bolgarini Rectoris dicte Domus, presentis et consentientis in duobus annis, videlicet a festo proximo preterito Sancti Angeli mensis septembris, deinde ad duos annos: quam apothecam promisit eidem pro dicta Domo, per totum dictum tempus, tenere et possidere etc. Et eam in fine relaxare pena xxxv lib: Et dictos florenos dare promisit in singulis sex mensibus duos florenos etc. Et dampna et expensas etc. eidem recipienti, ut dictum est, restituere promisit. Obligans etc. renuntians etc. et cum garantigia etc. Et ipse syndicus locavit eidem, etc.

N.º 12.

1331 1 Marzo

Pagamento a Maestro Agostino di Giovanni da Siena ed a Giovanni suo figlio, di parte del prezzo per il lavoro della Cappella della Pieve di Arezzo. (ARCHIVIO DI STATO IN FIRENZE. Rogiti di Ser Astuldo di Balducci di Arezzo. 1331-32).

1331, die prima mensis Martii.

Magister *Augustinus Iohannis* de Senis et *Iohannes* eius filius fuerunt confessi se habuisse a presbitero Goro cappel-

lano plebis, decem libras et *xj* solidos pisan: denariorum, (de) summa *xxvij* librar: quas debent ab eo recipere de laborerio Capelle ipsius presbiteri Gori; de quo laborerio fuerunt in concordia cum eo et Iacopo Ghini et Finuccio Ubertini: quod laborerium promisit perducere ad effectum hinc ad pasca resurrectionis.

N O T A

Maestro Agostino di Maestro Giovanni forse mori nella memorabile pestilenza del 1348, perchè le notizie di lui non oltrepassano quell'anno.

1310 die *xj* septembris,

Augustinus olim magistri Iohannis magister lapidum, de populo sancti Martini recepit in dotem a domina Lucia dante pro domina Lagina cæij lib. — Blasius dictus Toffus olim Venture et domina Lagia relicta Venture de populo Sancti Steffani, in dotem pro domina Lagina olim Nesis de dicto populo, eximatam in lxxx lib., dederunt magistro Augustino olim Iohannis de populo Sancti Martini, medietatem hedifficii unius domus posite Senis in populo Abatie Sancti Donati et duas petias terre in curia Castellì. (ARCHIVIO DI STATO IN SIENA. Denunzie dei contratti ad annum c. 251 e c. 257.)

1339.

Magistro Agostino magistri Iohannis operario nove turris pro lignamine: lib. cxiij sol. j. den. (Biccherna, Lib. d'entrata e uscita da luglio a c. 139.)

1343 maggio 24 (?)

Ianninus Guccii syndicus et procurator domus sancte Marie Misericordie de Senis sindicatus nomine vendidit magistro Augustino Iohannis de populo Sancti Quirici quandam possessionem in contrata de Certano pro pretio ^ciiij l lib. (Denunzie c. 29.)

1343 die *xij* Iulii.

Magister Augustinus Iohannis de la pietra populi Sancti Quirici Castrì veteris, titulo permutationis, recepit a fratre Iacobo syndico hospitalis Sancte Marie quoddam casamentum cum platea, citera, orto, logia dicti hospitalis, positum Senis in dicto populo. Et hoc quod dictus frater Iacobus, nomine dicti hospitalis, recepit a dicto magistro Augustino, unam domum positam Senis populo Sancti Iohannis. (Ivi, c. 50.)

1343 die *xxvj* novembris.

Magister Augustinus Iohannis et magistri Iohannes et Dominicus eius filii, populi Sancti Quirici, vendiderunt Danimoforte (?) fabro de Percena quandam petiam terre in curia Percene pro pretio ^ciiij lib. (Ivi, c. 87 t.)

1343 die *xvij* decembris.

Angelus quondam domini Contis de Russis vendidit magistro Augustino Iohannis quandam petiam terre laborative et vineate cum domo et capanna et quandam viam in contrata de Cerrecchio comitatus Sen. que dicitur el poderuccio pro pretio ^cviii lib. (Ivi, c. 103.)

1343 febbraio 21 (stile senese).

Magister Augustinus Iohannis et magister Iohannes et magister Dominicus filii dicti magistri Augustini populi Sancti Quirici vendiderunt domine Lande

uxori Contis domini Nicolai de Bonsignoribus unam petiam terre laborative et vineate cum domo in contrata Cerrechi pro pretio cc. flor. (Ivi, c. 138 t.)

1343 Die x Martii (stile sen.).

Magister Augustinus olim Iohannis de la pietra populi Sancti Quirici vendidit Paolo Cecchi Buonamichi civi Sen. quandam petiam terre laborative et vineate cum domo in Contrata de Certano, pro pretio vij l. lib. (Ivi, c. 142.)

L'ultima memoria di questo insigne Maestro trovasi nel libro dei conti correnti del 1347-48 segnato A, nell' ARCHIVIO DELLO SPEDALE DI S. MARIA DELLA SCALA a c. 46 t.

N.° 13.

1333 8 Giugno

Guido del fu Ghezze pittore da Siena cede a Matteo Rosselli pittore di Firenze un credito contro Paolo di Andrea pittore senese. (ARCHIVIO detto. Rogiti di Ser Parente di Bencivenni 1325-33, c. 234 t.)

MCCCXXXIII die octavo mensis Iunii.

Actum Florentie in pop. Sancti Michaelis Vicedominorum, in apotheca domus habitationis Mei Parentis, presentibus testibus ad hec vocatis, Sandro Iohannis et Pasquino Cennis pop. Sancti Michaelis Vicedominorum, et Cambio Angnoli de Fulgineo pop. Sancti Michelis in Palchetto.

Guido olim Ghezzi de pop. Sancti Donati de Senis, ut verus creditor antea solutionem pretii infrascripti, vendidit, dedit, concessit, cessit, transtulit et mandavit Mactheo Rosselli pictori pop. Sancti Laurentii de Florentia, debitum et jus, et nomen debiti, sex florenorum auri ex majori summa xvij flor: auri, quos Paulus olim Andree pictor de pop. Sancti Antonii et dictus Guido, ut principalis, et Ser Iacobus olim Ser Bondi eorum fideiussor ex causa mutui reddere promiserunt Francisco olim Domini Schotti de Schottis civi senen: prout de dicto principali debito constat (per) scripturam publicam factam manu Ser Ioannis Chole de Senis notari; de quibus sex flor: auri dictus Guido habuit iura cessa a dicto Francisco contra dictum Paulum, ut constat manu dicti Ser Iohannis notari. Item quidem aliud debitum et jus, et nomen debiti quattor flor: auri, ex summa octo florenorum auri, quos octo flor:

auri predicti *Guido* et *Paulus* et uterque eorum in solidum ex causa mutui, reddere promiserunt Petro olim Blasii domini Cini de Bernarducciis de Sen: prout constat manu Ser Iacobi Ser Bondi not. Et de quibus quattor florenis auri, dictus *Guido* habuit jura cessa a dicto P'etro, ut constat manu Ser Iohannis Naddi notari. Que instrumenta predicta dedit eidem, et tradidit inlessa. Et pro dicta cessione fuit confessus se habuisse a dicto Mattheo decem flor: auri.

N O T A

Nelle pergamene di provenienza dell'antico Spedale di S. Onofrio di Siena, si trovano le seguenti notizie di Guido di Ghezzo:

1327.

Niccolò di Guelfo di Baldera e Feo di Ranuccio da Siena fanno quietanza a Guido di Ghezzo pittore e a donna Giovanna di lui moglie di certe somme di denaro che avevano a loro imprestato. (Perg. n° 87).

1328.

Benuccio di messer Sozzo Salimbeni rinuncia a Guido di Ghezzo del popolo di S. Donato le ragioni che aveva sopra i di lui beni per un credito di Lire 100. (Perg. n° 89.)

1330.

Niccolò di Vanni di Bartolomeo da Monteroni del popolo di S. Donato di Siena fa saldo d'ogni suo avere a Guido di Ghezzo pittore. (Perg. n° 91.)

1332.

Guido di Ghezzo pittore e donna Luzia (?) sua moglie del popolo di S. Donato prendono a pigione la terza parte di una casa posta nel suddetto popolo in contrada della Misericordia. (Perg. n° 97.)

1334.

Donna Necca di Naddo per se e per i suoi figli prende in prestito da Guido di Ghezzo pittore e da donna Giovanna sua moglie la somma di quattro fiorini. (Perg. n° 98.)

1334.

Ser Niccolò di Bonino notaro, per conto di sua figlia Mita, alluoga a Guido di Ghezzo pittore e a donna Giovanna, figlia di messer Lazzo sua moglie, la terza parte di una casa in Siena nel popolo di S. Donato. (Perg. n° 99.)

1340.

Guido del fu Ghezzo pittore e donna Giovanna sua moglie del popolo di S. Pietro alla Magione si dichiarano debitori a Vanni della somma di fiorini due d'oro, prezzo di stafia 10 di vino rosso. (Perg. di S. Domenico di Siena.)

Paolo d'Andrea pittore è nominato nel libro dei Giuramenti della Mercanzia all'anno 1320. Non sappiamo se sia quel medesimo *Paulus Andree de Senis* descritto nella matricola degli speciali di Firenze all'anno 1343. (ARCHIVIO DI STATO IN FIRENZE Matricola n° 8.)

N.° 14.

1334 28 Gennaio

Allogagione a Maestro Giovanni di Agostino da Siena del lavoro per la cappella di Messer Roberto da Pietramala nella Chiesa del Vescovado di Arezzo. (ARCHIVIO detto. Rogiti di Ser Astuldo di Baldinuccio di Arezzo. Prot. 1134).

Die xxxviii mensis Ianuarii. Actum in domo mei notarii, praesentibus Petro quondam Maynotti Anicci, Simone Ghini, Puccio Grassi, Ciardo Riccii, Ceccho Petri, Francisco notario filio mei notarii testibus. Magister *Iohannes* filius magistri *Augustini* de Senis promisit Ceccho quondam Rinuccio de Hostiena, domicello et familiari nobilis militis Domini Ruberti de Petramala, stipulanti et recipienti vice et nomine ipsius Domini Roberti, facere et construere pro ipso domino Roberto, in Ecclesia Episcopatus Aretini hinc ad Kal: Iulii prox: venturi, unam capellam de bono et electo marmore, largam et altam et pulcram, sicut est Capella filiorum Ghini Puccii Grossi (sic) que est in plebe Sancte Marie de Aritio, et ad ipsius Capelle similitudinem, et cum omnibus ornamentis, figuris et sculturis designatis et factis in ipsa Capella; salvo quod non teneatur facere altare ipsius Capelle: pro pretio et nomine pretii quinquaginta quinque florenorum de auro: de quo pretio, prefatus magister *Iohannes*, fuit confessus se accepisse dicto Ceccho, dante pro ipso Domino Roberto et de ipsius domini Roberti pecunia, decem octo florenos auri; totum autem residuum dicti pretii, prefatus Cecchus promisit solvere dicto magistro *Iohanni* in terminis declarandis per Simonem olim Ghini Pucci Grassi.

N.º 15.

1346 10 Aprile

Cedula colla quale i Maestri Vestro di Cinzio e Paolo di Ambrogio Maitani prendono a rifare gli archi di un acquidotto per il Comune di Perugia. (ARCHIVIO COMUNALE DI PERUGIA. Liber Superst: Acqueductus.)

Magister *Vester* quondam *Cintij Silvestri* de porta Sancti Petri et parochia Sancti Stefani, et *Paulus* magistri *Ambrosii* magistri *Mathani* de porta Sancti Angeli et parochia Sancti Christofori, asserens et adfirmans se maiorem legitime etatis, qui juravit ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis scripturis omnia et singula in presenti instrumento contenta, perpetuo rata et firma habere, et nunquam contra facere vel venire occasione minoris etatis vel aliqua alia causa seu occasione, et presente et eidem consentiente, dicto Magistro *Ambrosio* eius patre per se et eorum heredes, se et eorum bona omnia et singula principaliter obligando; et quilibet eorum in solidum promiserunt et convenerunt discretis viris Francischo Martini de porta Heburnea et par: Sancte Marie de mercato, et Lapo Nichole de porta Sancti Petri et par: Sancti Savini, officialibus et superstitibus Comunis Perusii super canellatu et acqueductu fontis de platea Comunis Perusii, stipulantibus et recipientibus pro dicto Comuni Perusii, et eorum successoribus in dicto officio, facere et redificare archus destructus acqueductus predicti, pro ut et sicut in cedola inde facta latius continetur, et secundum formam patetorum in ipsa cedula infrascripta contentorum, cuius quidem cedule vulgari sermone scripte, tenor talis est:

Al nome de Dio, amen. Quista è la cedola del lavoro de gl'archora del conducto del Comuno de Peroscia ei quagle sono cadute et voglonse refare; ei quagle sonno poste ella villa de Monte Parciano allo luogho dicto Vaiano, ei quagle sonno de spatio de *ccxxiiij* pieie, fra'l quale spatio se.....

quatro pilastre, cioè: lo doie pilastre..... uno verso *x* pieie et l'altro verso *xv*..... d'acanto sieno de grossezza *xii*..... pieie, al pieie del comuno de Peroscia.

Ancho, che le dicte pilastre sieno poste en buone fundamenta e sufficiente, e sieno cavate, ei dicte fundamenta, socto la pianezza de la terra, che mo ene *xxv* pieie, e più se besongno fosse, e pàghese del più secondo che mecte pro rata, e se meno cavasse ch'ei dicte *xxv* pieie, dèggase scontane pro rata secondo che mecte, sempre s'entenda che sieno poste em buone e sufficiente fundamenta.

Ancho, che sopra le dicte quatro pilastre se dèggano fare cinque archora, cioè ei tre archora de mezzo ciaschuno de *iiij* pieie, cioè el voitamento da l'una pilastra a l'altra: gl'altre doie archora picciogle sieno de quella grandezza che c'entrerono per adimpire el numero dei dicte *ccxxiiij* pieie e dèggase congiognere da onne parte cho'l gl' archora vecchie.

Ancho, ch'ei dicte tre archora magiure aggiano quello sesto che avere possono, ponendo le poste longo la terra che mo ene, e vadano d'altezza enfine a la pianezza socto el canellato che passa per gl' archora vecchie, siche rispondano al filo ch'el gl' archora vecchie: ei dicte cinque archora sieno de larghezza *vj* pieie, al pieie del comuno.

Ancho, ch'ei dicte cinque archora aggiano archo e soparcho, e le cordalle dei dicte cinque archora sieno d'altezza uno pieie e mezzo, e per l'altro verso tanto che biene leghe, e de quista medesima misura sieno le tavolecte de tucte le volte degl' archora; e sieno ei dicte soprarchora grosse mezzo pieie.

Ancho, che le pietre dei dicte..... soprarchora e tavolecte sieno concie..... de l'arco grande sopra el fossato..... archo.

Ancho, ch'el muro che viene sopra le pilastre, fra archo e archo, sia de buone pietre, e biene acapezzato, e sieno murate e realzate gl' archora enfine a la pianezza del canellato e conducto predicto.

Ancho, ch'el coptomatore che torrà questo lavorio sia tenuto de biene murare, e biene legare a uso de buono Magisterio, e mecta tanta calcina, quanta rena, e sia buona rena lavata e miscolata insieme, e biene intrisa.

Ancho, ch'el dicto coptomatore che torrà al dicto lavorio deggha fare esso lavorio a tucte suoie expese, de cavatura dei fundamenta, pietre, calcina, rena, legname e ferramenta, e generalmente d'onne chosa che bisognerà al dicto lavorio.

Ancho, ch'el dicto coptomatore, deggha ello dicto lavorio murare quello legname de cerqua che piacerà al soprestante, el quale legname gle darà el dicto soprestante posto alla dicta uopera.

Ancho, ch'el dicto coptomatore degga avere tucte le pietre escarcate e cadute dei dicte archora, salvo che non degga nè possa toccare, nè scarcare ei fundamenta de le pile vecchie e cadute dei dicte archora.

Ancho, ch'el dicto coptomatore degga reponere el canellato el quale sta sullo ponte del legname en su gl'archora nuove predicte a tucte suoi espese, e deggalo murare e recalzare e recoprire..... l'altro canellato murato.

Ancho,..... lavorio el dicto coptomatore degga..... mantenere tucto el legname e ferramenta del dicto ponte del legname duo mo sta el dicto canellato a ciò ch'el dicto ponte nè legname non possa nè degga tocchare, nè liziare, nè levare infine che non si sonno fornite e spacciate ei dicte archora e lavorio: e se'l piombo del canellato che sta ello dicto ponte soperchiasse e avanzasse, remangha al comuno: e se manchasse, ch'el comuno el degga mectere de suo.

Ancho, ch'el dicto coptomatore, quando caverà ei dicte fundamenta, faccia sì en tale modo che non preste danpno al dicto ponte del legname e canellato che sta sopra esso: et che per suo defecto el dicto ponte o canellato che'nnesso sta, cadesse, de refarlo a tucte suoie spese secondo mo sta, salvo de piombo o stangno che manchasse.

Ancho, ch'el dicto coptomatore degga avere el prezzo del

dicto lavorio en quisto modo, cioè: a *xx* di del mese de maggio proxemo che verrà, la quarta parte del dicto prezzo, e l'altra quarta parte de li a quatro mese proxeme che verronno, e l'altra quarta parte de li a quatro mese altre mese proxeme che verronno, sicchè sia fornito tucto el pagamento enfra uno anno, comenzando dal di del primo pagamento. E che da uno anno ellà el dicto coptomatore degga avere fornito tucto el dicto lavorio enfra octo mese proxeme che verronno.

Ancho, che al dicto coptomatore sia licito di cavare pietre e rena ello terreno del comuno, o de spitiale..... a luie piacerà, satesfacendo el danpno a le..... secondo la stima che se facesse per doie buone..... se deggano alaggere l'uno per lo dicto..... luie de chuie fosse el danpno e la possessione.

Ancho, ch'ei soprestante del dicto conducto deggano prestare al dicto coptomatore le forme e tucte ei ferramenta che besongnano per saldare e reponere el dicto canellato che sta ello ponte sugl' archora nuove predicte.

Ancho, che fornito tucto el dicto lavorio per lo dicto coptomatore secondo la forma de la cedola e pacta predicte, ei soprastante del dicto conducto che sironno per lo tempo, facciano la rifianza al dicto coptomatore de la dicta uopera.

Et hec omnia et singula supra et infrascripta, predicti coptomatores eisdem superstilibus fecerunt, et facere promiserunt pro quadringentis septuaginta quator florenis de auro, quos predicti superstites per se et eorum successores, obligando res et bona dicti Comunis Perusii, promiserunt dare et solvere de propria pecunia dicti Comunis ad eorum et eorum successorum, manus provencta seu provenienda magistro *Ambrosio* quondam magistri *Mathani Laurentii* de porta sancti Angeli et parochie Sancti Christophori, stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus aut cui jus suum concesserit, in terminis supradictis in dicta cedula contentis, et pro omnibus et singulis pactis et conditionibus in supradicta cedula contentis penitus observandis. Et hoc presentibus, vo-

lentibus, consentientibus ac etiam delegantibus supradictis coptumatoribus et quolibet ipsorum, et de eorum et cuiuslibet ipsorum licentia et voluntate. Renuntiante etc. etc.

N.° 16.

1346 24 Gennaio

Frate Borghese Priore dei frati Predicatori di Siena fa quietanza a donna Giovanna di Memmo vedova di Simone pittore di un messale e di un calice lasciato da suo marito al Convento. (ARCHIVIO DI STATO IN SIENA. Pergamene di S. Domenico Cas: 879.)

Appareat omnibus evidenter, quod, ego frater Borghese indignus Prior Conventus Fratrum Predicatorum de Senis, recepi a Domina Johanna quondam *Memmi* et relicta quondam magistri *Simonis* pictoris, tam pro se, quam pro anima dicti viri sui et aliorum suorum defuntorum, pro uno calice et uno missali, prout dictus *Simon* vir eius in suo testamento reliquit pro dicto Conventu florenos *xviiiij* auri. Et ego de voluntate et assensu totius dicti conventus fratrum, scilicet nostrorum, eidem domine, assigno ex nunc calicem et missalem fratri *Venture* de *Corzano*, hoc pacto et conditione; quod dictus liber missalis aut dictus calix, non possit deinceps vendi aut impignorari, aut aliquo modo alienari, tradi vel reddi aut dari, sed semper sint et esse debeant in nostra sacristia pro missis dicendis pro animabus mortuorum et virorum, ut dictum est supra. Et hec omnia, vobis domine *Iohanne*, ego Prior supradicti Conventus auctoritate et parabola dicti conventus, observare promicto. In cuius rei testimonium, sigillo dicti conventus hanc liceram, sigillari mandavi. Datum et scriptum Senis, sub anno Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo sexto, in die conversionis sancti Pauli, idest vigesima quarta die mensis Ianuarii.

N.º 17.

1353 13 Dicembre

Bartolo di Fredi e Andrea di Vanni pittori prendono a pigione dalla Casa della Misericordia, una bottega per esercitarvi l'Arte. (ARCHIVIO detto. Casa della Misericordia, Protocollo di Ser Mino di Feo a c. 48 t.)

Anno Domini Millesimo *ccclij*, Indictione *vij*, die *xij* mensis decembris. Senis, coram Augustino Mini et Piero Arrighi testibus presentibus.

Bartolus Fredi et *Andreas Vannis* populi Sancti Martini conduxerunt a fratre Nuccino apotecham cum domo posita prope ecclesiam Misericordie, cui ex uno via, ex alio Domus Misericordie, a festo Sancti Angeli mensis septembris proxime venturo ad duos annos, pro annua pensione *vij* flor: solvenda et quam solvere promiserunt, medietas in medio anni et alia in fine. Obligaverunt, cum garantisia ecc.

NOTA

Alle notizie di già conosciute di Bartolo di Fredi pittore, possiamo aggiungere le seguenti:

1356 (stile sen.) Febbraio 5.

Bartolus Fredi pictor de Senis recepit a domina Bartolomea filia olmi Cecchi sponsa et futura uxore sua, pro dotibus suis, flor. c. auri. (Denunzie dei contratti ad annum.)

1363 Aprile.

Filia Bartali pictoris sepulta est die xvij Aprilis. (Obituario di S. Domenico nella Bibliot. Comunale di Siena.)

1363 Augusti xxxi.

Unus filius Barthali pictoris sepultus est die dicta. (Ivi.)

1367 die xxv Iunij.

Bartolus magistri Fredis pictor recepit obligationem a Francisco Vannuccio, pro pictura unius tabule, xxx flor. Item recepit obligationem ab Antonio Aniti et Iohanne forneriis, dicta causa, flor. xxxvij. (Denunzie ad annum c. 79 t.)

1372 Novembre e Dicembre, e nel 1383. Bartolo di Fredi risiede tra i Governatori della Repubblica.

1374 Luglio.

Filius Barthali Fredi pictoris mortuus est die xxvij Iulij. (Obituario sopra detto.)

1376.

Domina Giera filia olim Luce de Monasterio Sancti Eugenii, vendidit domum sitam Senis in populo Sancti Egidii, pretio ducentarum sex lib: Bartolo magistri Fredi pictori populi Sancti Donati. (Denunzie ad annum c. 122.)

1380.

Giovanni di Ser Biagio e Giovanni di Giusto di Guido da Volterra, operai dell'Opera di S. Maria di detta Città, con il consenso del Ven. Messer Simone Vescovo di Volterra, ad effetto di pagare Bartolo di Maestro Fredi pittore senese del prezzo delle Pitture fatte nella cappella maggiore della loro chiesa e per altre spese, vendono per fiorini 53 una casa in Volterra.

Rog. Ser Agostino di Ser Martino. (ARCHIVIO DI STATO IN FIRENZE. Perg. del Convento di S. Andrea di Montoliveto di Volterra.)

1381 (stile sen.) Marzo.

Si pagano fior. 12 d'oro a Bartolo di maestro Fredi dipintore per una targa e un pennone con l'arme del popolo donati a Messer Giov: Piero de' Preti da Vicenza già senatore di Siena. (Biccherna ad annum 133.)

1389 Dicembre 8.

A maestro Lucha di Tommè et maestro Bartolo del maestro Fredi e Andrea suo figliuolo dipentori che fanno la tavola dell'università de calzolari fior. venticinque. (ARCHIVIO DELL'OPERA. Libro del Camarlingo, ad annum.)

1400 (stile sen.) Febbraio 10.

Bartolo di maestro Fredi testimone al testamento di Tommaso del fu Opizo de' Visconti da Fucecchio. In Siena. Pergamena delle riformagioni.

Ebbe una figlia di nome Antonia, alla quale si riferiscono i due seguenti ricordi del medesimo anno, che, se sembrano all'antitesi sono pur troppo frequenti nella vita. 1396 Aprile 20.

D. Antonia di maestro Bartolo di Fredi sposa Franno di Francesco maestro di legname. (Denunzie ad annum.)

1396.

Antonia filia Bartholi magistri Fredi pictoris sepulta est die xiiii septembris in platea (Obituariario di S. Domenico ad annum.)

La di lui moglie donna Bartolomea morì il 31 ottobre 1420. Così si legge nel più volte citato obituariario del Convento di S. Domenico di Siena ove fu sepolta.

Domina Bartholomea relicta Bartholi Fredi pictoris, die 31 Octubris transivit de vita presenti ad patriam, et cum habitu vestitarum ordinis, sepulta fuit in sepulcro viri sui, in claustro versus refectorium.

N.º 18.

1365 11 Giugno

Supplica dei frati del Carmine per ottenere un sussidio dal Comune di Siena, per il lavoro del Tabernacolo della loro Chiesa. (ARCHIVIO DI STATO IN SIENA. Cons. Gen. Vol. 176, c. 591.)

A voi Magnifici Signori, Signori Dodici e Capitano di popolo de la città di Siena, exposti per parte del convento e frati

di santa Maria del Carmine de la città vostra: Certissima cosa è che'l corpo di Yhesu Cristo, el quale fu passionato nel legno della croce, ricuperò l'umana generatione dall'onferno. Questo veramente noi fedeli cristiani aviamo per grandissimo misterio in terra nel venerabilissimo sacramento dell'ostia, et quanto questo sia d'avere in divotione et reverenza sommamente ogni cristiano die pensare, et la mente sua in esso ponere et honorarlo oltra ogni altra cosa. Quali sono maggiori reliquie o più degne di riverenza che questo santissimo corpo, el quale è capo et signore di tucte l'altre reliquie e dell'universo mondo? Et concludendo, per verità sopra ogn'altra cosa si die tenere carissimo questo pane benedetto, nel quale el celestiale filluolo del Padre Eterno si dà, e si mostra a noi colla Trinità, tutto vivo et vero alli occhi delli umani, el quale per più altro abile modo non conosciamo in terra. Unde questo ymaginando i frati predetti, et volendo questo beatissimo corpo honorevolmente magnificare a maggior divotione de' cristiani, però che fanno i frati predetti festa singulare d'esso, propongono di fare uno bellissimo tabernacolo, nel quale stesse et si mostrasse esso corpo nella sua festa: nel quale voleano spendere pochi denari, però chè so' poveri, come sapete: poi dato il principio in esso, parve a tucti maestri et buoni huomini, che si facesse di maggior costo per reverenza di tanto sacramento et per nome et honore de la città di Siena, però che n'è fatto un altro a Orvieto che costa più di *xiiij*^c di fiorini. Ora questo tabernacolo è facto et viene da *iiij*^c fiorini, el quale è bellissimo oltra quello d'Orvieto, per quelli che ànno veduto l'uno et l'altro. Et però, per parte d'essi frati si prega la Signoria vostra, che per reverenza del corpo di Yhesu Cristo et per amore et grazia, degnate d'ordinare et provvedere co' bisognevoli modi che'l Camarlingo di Biccherna dia et paghi de la pecunia del Comune di Siena, nel costo et constructione d'esso tabernacolo, quella quantità che a Voi piace, acciò che si possa pagare, però che non nè so' pagati anco più che *lx* fio-

rini per essi frati. Idio vi conservi el vostro stato, dievi nell' autra vita el perpetuo et vero tabernacolo suo.

(Fu deliberato assegnarsi per quest' oggetto la somma di fior: 50 d' oro.)

N.° 19.

1366 30 Ottobre

Supplica al Comune di Siena di Domenico e Jacoma di Maestro Giovanni dell'Acqua. (ARCHIVIO DETTO. Cons. Gen. Vol. 179, c. 43.)

Dinanzi da voi signori Dodici et Capitano de la giustitia, Governatori et defensori del comune et popolo de la città di Siena, exponsi, et con ogni reverenza si prega, per parte di *Domenico* et di *Iacopa* filliuoli che fuoro del maestro *Giovanni* del maestro *Iacomo dell'Acqua*, e quali orfani et pupilli, et ànno poco dell' avere del mondo, et anco per parte de la madre loro, che conciosiacosa che 'l decto maestro *Iacomo* fu cagione di sì grande dignità et utilità come è la fonte del Campo de la decta città, et l'altre fonti de la decta città, le quali procedono et procederanno da quella, perchè il decto comune di Siena, per esser grato et conoscente del decto beneficio, stanzìò et riformò che 'l decto maestro *Iacopo* loro avolo avesse de la moneta del decto Comune ogni anno *cl* lib: di denari; e quali denari poi fuoro conceduti al maestro *Giovanni* loro padre. Ed è vero che 'l decto maestro *Giovanni* loro padre visse sì poco tempo dopo la decta pensione, che poco o quasi neuno utile a' filliuoli n'è seguito. Che vi debbia piacere per l'amore di Dio, et per limosina, et per memoria del decto *Iacopo* et del decto beneficio, d'operare per Voi et per li consigli che n'anno balìa, che alloro sia conceduta quella quantità della moneta del decto Comune che sia di vostro piacere, et a quello modo et tempo che piace alla Signoria Vostra. L'onipotente Idio e la sua gloriosa Madre vi conceda gratia di fare quello che sia sua laude et sua reverenza, honore et

buono stato pacifico della nostra città, et honore de le vostre persone in bene dell'anima et del corpo.

Item cum audiveritis simili modo legi deliberationes factas super dicta petitione, secundum formam statutorum Sen:, quarum tenor talis est, videlicet: — Die *xx* mensis optubris, lecta fuit dicta petitio in presentia Dominorum Duodecim Capitanei populi et Domini Potestatis Sen: et optentum quod vadat ad ordines, et ponatur quantitas. Die *xxv* optubris lecta iterum fuit dicta petitio in presentia Dominorum Duodecim Capitanei pop: ordinum civitatis et quactor Provisorum Biecherne dicti Comunis, et optentum quod habeant dicti petentes a Comuni Sen: de pecunia dicti Comunis pro quinque annis proxime venturis, pro quolibet anno florenos viginti auri, ex causa in petitione narrata et petita: quos Camerarius Biecherne, qui est et pro tempore fuerit, solvere teneatur de sex mensibus in sex menses, ut pro rata tanget eisdem filiis magistri Iohannis. Et quod omnia alia provisio eis facta per Comune Sen: sit nulla ab hodie in antea. Et cum hac limitatione, ponatur dicta petitio ad Consilium generale.

Eisdem modo et forma, facto partito super suprascripta proposita filiorum magistri Iohannis fuit victum, optentum et iuridice reformatum, quod plene sit fiat et exequatur in omnibus, et per omnia prout et sicut indicta proposita continetur, per *cxv* consiliarios dicti Consilii dantes eorum lupinos albos *del si*, non obstantibus *xx* eiusdem Consilii consiliariis, qui eorum lupinos nigros *del no* in contrarium reddiderunt.

N.º 20.

1370 Luglio-Agosto

Deliberazione del Consiglio della Campana riguardante la fabbrica del fondaco buio degli Ugurgieri. (ARCHIVIO DETTO. Perg. Borghesi M. 66.)

In nomine Domini, amen. Anno ab eiusdem incarnatione MCCCLXX. Indict: *viii* die vero *xviii* mensis Julii.

Convocato et congregato generali Consilio Campane Co-

munis Senarum in consueto Palatio dicti Comunis, ad sonum campane vocemque preconis, ut moris est, in numero sufficienti secundum formam Statuti Senar: de mandato nobilis atque potentis Militis Domini Nicholai Domini Iohannis de Canemortuo honorabilis presentis Potestatis Civitatis Senar: dixit, et proposuit idem Dominus Potestas: Cum audiveritis legi palam et alta voce petitionem infrascriptam infrascripti tenoris.

« Al nome di Dio, amen. Come si contiene nello Statuto,
 « il quale parla ch'e' Signori Difensori che per li tempi ri-
 « sederanno del mese di Luglio o d'Agosto debbano chiamare
 « uno savio e discreto huomo per ciascheduno Terzo a bo-
 « nificare e a vedere vie, e ogni altra cosa la quale sia
 « maggiore bellezza de la Città; per la quale cosa e' Signori
 « che ora al presente seghono (sic) nel Palazzo, del mese
 « di Luglio e d'Agosto 1370, àno chiamati questi tre savi
 « uomini per le dette cose seguire: del Terzo di Città, Gio-
 « vanni Nelli: del Terzo di Sancto Martino, Pavolo d'Am-
 « brogio schagiolaio: del Terzo di Camollia, Pietro di Gio-
 « vanni. E questi tre savi uomini, come parla lo Statuto
 « che debbiano chiamare per loro consiglio quelli maestri
 « che a loro piacerà, àno chiamati gl'infrascripti maestri.

« Maestro Neri Ranuccioli	Maestro Piero di Gionta
« Maestro Gratia Maffei	Maestro Iacomo di Giovanni
« Maestro Agnolo Bizochi	Maestro Paulo di Salvi
« Maestro Gherardo di Bindo	Maestro Agustino Martini
« Maestro Iacopo del maestro Pietro	Maestro Iacomo di Mino
« Maestro Stefano di Meio Borsa	Maestro Francesco del M. ^o Vannuccio

« I quali tre Savi huomini àno imposto a noi Maestri
 « sopradetti che noi dobbiamo secondo lo Statuto, come
 « debbia seguire il lavoro del Fondaco Buio, il quale ene
 « degli Ugurgieri ecc.

« Questa ene la deliberagione che Noi Maestri sopradetti
 « aviamo deliberata che per onore e maggiore bellezza della
 « Città di Siena, che la detta muraglia torni al dritto, cioè

« a corda del canto del palazzo de' Sansedoni al canto del
 « Palazzo de' Maconi, conciosiacosa che le mura de la bu-
 « tigha di Nicholo di Tone, e di Giovanni di Mico istanno
 « male, e però mettiamo la corda dai detti due Palattii, per-
 « chè non s'abbia a drizzare più volte. E sì veramente per-
 « chè non si possi ragionevolmente lagniare neuna de le
 « parti de chui fosse el decto chasamento, vero butighe,
 « questi tre savi huomini, chiamati per li nostri Signori,
 « debbiano eleggiare due buoni e savi Mercatanti per Terzo
 « con tre Maestri di legniam e tre di pietra, a vedere e
 « istimare ongi e ciascheuno dapno il quale, per questo
 « drizzo, tornasse a le dette parti di chui sono le decte but-
 « tigh e o vero casamenta, e ciò che serà istimato, quello
 « sia restituito per lo Comune di Siena.

« Di tutte queste cose iscripte, le quali sono inscripte in
 « su questo foglio siamo in concordia tutti i detti Maestri:
 « senza niuno intervallo fatta questa iscripta di mano di me
 « maestro Francescho del Maestro Vannuccio presente, e di
 « concordia de dutti (sic) i detti Maestri. Domenicha *xiiiij* di
 « Luglio 1370. »

Item cum audiveritis simili modo legi deliberationem in-
 frascriptam infrascripti tenoris, etc:

« Al nome di Dio, amen. Noi Giovanni Nellini e Paulo
 « d'Ambrogio e Pietro di Giovanni siamo in chesta concor-
 « dia: che avendo rispetto che lo Statuto, il quale parla de
 « le bellezze de la Città, non s'aoperò già fa trenta anni o
 « più, e anche avendo rispetto ch'el Comune è male agiato
 « a fare questa menda, secondo che i Maestri àno delibe-
 « rato, e anche avemo rispetto che gli Ugorgieri, o di chui
 « sieno, l'anno tenuto o posseduto gran tempo a chel modo
 « che sono cominciate a murare, deliberano a ongi cosa
 « rispetto, che nel Consiglio de la Campana deliberi (sic)
 « si dia andare innanzi al modo cominciato o no, e in
 « quanto si prendesse chè la detta muraglia tornasse a ricto
 « al modo che àno deliberato i Maestri, lo sia fatto ai detti,

« di chui sono le botighe e casamenti, quella menda dal
 « Comune, che deliberaranno quelli huomini che saranno
 « electi sopra a ciò. »

Item cum audiveritis simili modo legi deliberationes factas super petitione, et omnibus suprascriptis, quarum tenor talis est videlicet. — Die *xviii* Iulii lecta in presentia Dominorum Defensorum, quator Bicherne, et Ordinum Civitatis et trium Officialium super aconcime Civitatis deliberatio quod ponatur ad Consilium generale, et super omnibus supradictis fiat proposita generalis: igitur quod dicto Consilio et Consiliariis dicti Consilii videtur et placet providere et juridice reformare, super dicta petitione et dicta deliberationes (sic) et omnia suprascripta pertinentia ad dictum laborerium, et ad dictas apotechas, de quibus supra fit mentio: in Dei nomine generaliter et specialiter consulatur. — Super quibus omnibus et singulis idem Dominus Potestas in dicto surgens Consilio, more solito, petiit sibi pro dicto Comune Senarum utile sanumque consilium exhiberi.

Unus, ex Consiliariis dicti Consilii, in dicto surgens Consilio ad dicatorium consuetum, consuluit super dicta proposita generali ediftii et apotecharum Campi Fori, quod muramentum sive ediftium de novo inceptum super dicto Campo, de quo supra dictum est et declaratum in dicta proposita, reducatur retro, et fiat sicut est declaratum per Magistros, de qua declaratione supra patet in proposita. Ita tamen, quod fiat satisfactio per Comune Senar: de dicto dapno sicut et pro ut per dictos Magistros extitit declaratum: sed si illis, quibus est fienda dicta emendatio, debent aliquid solvere Comuni Senar: solvatur dicto Comuni id quod debetur, ante quam recipiant mendam, vel eis in dicta emendatione excompensetur id quod dare debent Comuni Senarum.

In cuius summa reformatione Consilii, dato, facto et misso partito ad lupinos albos et nigros, secundum formam Statuti Sen: — Super consilio suprascripto reddito super proposita ediftii, quod reducatur retro, fuit victum et optentum,

